

NvK gibt den Tegernseer Mönchen eine Rechtsauskunft zum Gebrauch der Pontificalien und zu Weibehandlungen durch Äbte.

Kopie (gleichzeitig): MÜNCHEN, StB, Clm 5940 f. 87<sup>r</sup> (= M<sub>1</sub>); ebd. Clm 18711 f. 221<sup>v</sup> (= M<sub>2</sub>); MELK, StB, Hs. 91 f. 111<sup>v</sup>-112<sup>r</sup> (= Me).

Idem de auctoritate et usu mitre pontificalis.

Sciendum, quod, ut ponit Johannes Andree in novella de privi(legiis) Abbates<sup>2)</sup> et c. ,Ut apostolice<sup>3)</sup> libro sexto, tunc pontificalia non possunt prescribi per inferiorem et usus mitre non ampliat potestatem, sed est ut ale in strucone.<sup>4)</sup> De iure autem potest  
5 abbas tonsorare et hoc est verum, si sibi ut monachi subsunt tonsorandi vel oblati per exemptos. Et quia possunt benedicere personas, admittit Johannes Andree, quod et vestes et omnia possint, que simplici benedictione fiunt sine crismacione. Ideo calices non consecrant, vestes tamen, sacerdotales cruces, campanas ad opus suarum ecclesiarum tantum benedicere possunt secundum Johannem Andree in novella loco preallegato.  
10 Nec consuetudo opposita valet, quia est reprobata, ut notat Johannes Andree c. ,Abbates<sup>4)</sup>, ubi supra. Quod si privilegium habet consecrandi calices, non tamen nisi suarum ecclesiarum, eciam si privilegium simpliciter loquitur, et debent calices iterum consecrari per eum, qui nec de iure nec privilegio eos consecravit, eciam si abbas consecravit, quia non potuit. Est autem peccatum mortale se de illis intromittere, que  
15 ad officium suum non spectant, et ignorancia iuris non excusat a toto, licet a tanto etc. Hec ille, qui supra dominus cardinalis.

---

1 Idem: fehlt M<sub>2</sub>. In M<sub>1</sub> bezogen auf die dort vorangehende Nr. 4380 (Si iuxta generalem consuetudinem ...), in Me mit Bezug auf die voranstehende Nr. 3702. 7 que: folgt gestr. sine cris. M<sub>2</sub>. 10 opposita: a.R. M<sub>2</sub>. 12 loquitur: a.R. Nota M<sub>2</sub>. 14 potuit: a.R. Nota M<sub>2</sub>. 16 dominus cardinalis: fehlt Me.

---

1) Der Text ist undatiert und enthält keine Hinweise auf seine chronologische Einordnung. Aufgrund des Überlieferungszusammenhangs wird er im Anschluss an Nr. 4380 gebracht (vgl. dort Anm. 2).

2) Johannes Andree, Novella ad VI 5.7.3, Venedig 1499 (nicht foliiert).

3) Johannes Andree, Novella ad VI 5.7.6.

4) Die Flügel des Vogel Strauß; vgl. Johannes Andree, Novella ad VI 5.7.6: In honorem enim ecclesiarum, non in amplitudinem officii dantur ista ut hic. Unde vulgariter dicitur, quod hec operantur pontificalia in istis, quod genitalia in mulis; et idem dici potest de alis in struccionibus, de quibus Job xxxix (Hiob 39,13).